

Alte Drucke

**STVDENTES,|| COMOEDIA || DE VITA STVDIO=||sorum, iterum
in lucem edita, & in || multis locis correcta, authore || M.
Cristophoro || Stymmelio F.|| ...**

Stummel, Christoph

Frankfurt/Oder, 1554

VD16 S 9843

PRAEFATIO IODOCI VVILLICHII RESELLIANI AD Vuipertum Sueuum LL. Doctorem,
& syndicum Vratislouiensem, & poetarum amantissimum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149326

PRÆFATIO IODOCI

VVILLICHII RESELLIANI AD

Vuipertum Suevum LL. Doctorem,

& syndicum Vratisslauiensium,

& poetarum amatissimum,



NIMADVERTI olim iuxta argumenti, & imitationis naturam & tractationem tria fuisse poetarum genera usitatissima, quorum primum fuit utile, quod aut ad erudiendos & expoliendos animos adolescentum conducebat, ut quod honestatem, eiusque semina & decora, cum singulorum per diuersos circumstantiarum ordines officijs continebat ἡδυνόν dictum, aut ad rerum naturæ cognitionem & dijudicationem plurimum faciebat, φυσιολογικόν antiquitus appellatum. Verum in priorem classem & Sacrarum literarum poemata referenda sunt, cuiusmodi perquam multa à poetis Germanis summa laude nostra memoria decantata, & prelo excusa florent. Alterum est duntaxat animi oblectandi gratia expetitur, quod etsi nihil, uel quod cum uirtute coniunctum esset, uel quod ad rei naturalis indagacionem, atque proprietatem conferret, uel quod ad pietatem uite, cum ciuilibus, tum Christianæ conduceret, probe docuit, anoras tamen nugæ & ludicra interdum

nimis obscœna diligenter promouit. Tertium est
eorum, quibus non tantum curæ est uoluptas, sed
etiam utilitas. Delectant quidem, cum hilariores
animi affectus concitant. Vtiles uerò sunt, cum in-
genia propter certarum uel arcanarum, uel huma-
narum cognitionem informant, de quibus sic Ho-
ratiùs ad Pisones cecinit:

Aut prodesse uolunt, aut delectare Poëtæ,
Aut simul et iucunda, & idonea dicere uitæ.

Verum sicut primum, etsi non sit utile, tamen
aliquanto durius, tanquam senioribus Catonibus,
aptius censetur. Ita proximum cum non parum ani-
mos humanos oblectet, mollius est, et iuuentuti ma-
gis accommodatum. Vltimum autem utriq; etati
conuenit, totiq; theatro satis appositum. Id enim
non tantum docet, sed & uno labore, unaq; opera
mirificè delectat. Quare id genus poemata cum
uenalia passim extabunt, uel in regionibus longius
positis, cum ex horum uenditione librarij non pa-
rum pecuniæ facient, tum uerò non interitura sunt,
sed uiuacissima tanquam seu Apolline, seu Cedro
digna perdurabunt, et consistent. Id quod et Hora-
tius his uersibus uoluit:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando, pariterq; monendo.
Hic meret ære liber Sotij, hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat æuum.
Quibus cognitis, non difficile erit de quibuslibet
poëtis

poëtis propter materiam iudicium facere, idq; ex-
quisitum. Nam si Aristoteli Empedocles, cui nihil
præter metrum cum Homero commune est, non sit,
poëta, sed cum ppter rerum naturæ tractationem
susceptam utilior esse exoptabat, potius $\phi\upsilon\sigma\iota\omicron\lambda\omicron\varsigma$
 $\gamma\omicron\varsigma$ iudicatur de quo tamen Lucretij præstantissi-
mum elogium memoriæ proditum est hoc modo:

Nil tamen hoc habuisse uiro præclarius in se
Nec sanctum magis, et mirum charumq; uidetur
Carmina quinetiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt, præclara reperta,
Vt uix humana uideatur stirpe creatus.

Quid nam quæso quis iudicij de Lucretio profe-
ret? cuius opus etsi nobis hodie mutilum sit, multis
tamen luminibus & ingenij, & artis præstare qua-
dam ad Q. fratrem epistola Cicero pronuncia-
uit, & à Cicerone eosdem libros emendatos D.
Hieronymus ex Eusebio testatur. Est ne diuersum
statuendum de Varrone Astacino Narbonensi? Hic
enim non minus atq; Lucretius Empedoclis exem-
plum secutus est. Ad hunc modum Lucanum esse
oratorem, quàm poëtam, cum simplicius citra ulla
uoluptatis illectamenta suam historiam cecinerat,
F. Quintilianus mauult. Mirum igitur est, cur Ari-
stoteles in Comœdia solam uoluptatem quæsierat.
Nam illic est hoc dramatis genus imitatio improbio-
rum, non tamen ad omnem malitiam, sed turpitu-
dinis ridicula particula. Primum hic $\tau\omicron\ \phi\alpha\upsilon\lambda\omicron\tau\epsilon\iota\varsigma$

gwp et si ambiguum sit, tamen ad personas certis
rationibus referre cupio & contendo. Sentit enim
in hoc poemate inferioris sortis atq; ita iuxta uul-
gi sententiam deteriores & uiliores esse histrio-
nes, qui tamen non sunt ad extremū flagitiosi, qua-
les in tragicis facinoribus, ut plurimum esse consue-
uerunt. Deinde argumentum est cum turpitudine
coniunctum, quod tamen non magnopere pios spe-
ctatores neq; offendit, neq; eorū mores corrumpit.
Scriptum enim reliquit Philosophus αἰσχος ἀνὴρ
δὲ οὐκ ἀνὴρ φθαρτὸς, quod est, turpe est argu-
mentum, attamen doloris expers, et sine magna ho-
nestorum morum corruptela. Eius uerò exemplum
à ridicula facie subiecit, quæ etsi turpe et puerum
quiddam sit, non tamen protinus dolore quempiam
afficit. Postremò eius finis statuitur δὲ γελοῖον,
quod ridiculum, & risum, uoluptatemq; moue-
ret. Quod si qs illam descriptionis naturam mor-
dicus sequi efflagitauerit, uix quempiam Comicum
poetam salutabimus. Fatemur quidem in Aristopha-
nicis comædijs (is enim Aristotelis memoria ab om-
nibus comædiæ poeta dictus, atq; Philosopho cir-
citer sexaginta annos maior fuit) plura esse ridi-
cula, quàm seria, eaq; pia, & honesta, quæ tamen
bona ex parte Satyrica iuxta eius temporis consue-
tudinem esse apparent. Nonne in equitibus cerni-
tur, ut Cleonem tribunum plebis tanquam pecula-
torem

tozem perstrinxerat, adeo ut ipse faciem suam mi-
nio oblitus (reliqui enim illius potentiam formida-
bant) personam egerat? Nonne et Niciam summum
ducem, utiq; mitem, et liberalem tanquam desidem
& agricolam in fabula, quam Gorgiam authore
Plutarcho inscripsit, grauius taxauerat? Nonne in
nebulis, quas Dionysio Siciliae tyranno formam
reipub. Atheniensis petenti Platonem misisse scri-
bitur, absq; controuersia magis propter opus &
ornamentum Atticae linguae absolutum, quam pro-
pter crimina, quibus per meteoza grauissime So-
cratem philosophiae patrem precio & impulsione
Anyti & Meliti adductus, insectari contenderat?
Nonne in Vespis Philocleonem propter iudicij as-
fectionem, et ambitum insimulauerat? Nam uespæ
iuuenes iudiciorum desiderio tenebantur, sed senes
suis stimulis extimulabant. Quid multis? pauca sunt
quibus docet, & eadem sunt ceu τὰ γέγραφα, quod
genus sunt in Pluto, de paupertatis & opulentiae
collatione, ita et in pace pacis commoda proposuit,
ut eandem Græcis iam bello defatigatis suaderet.
Proinde Aristotelem ad prisam comœdiam magis
repperisse arbitror, et censeo, cuius usus sub id tem-
pus (Nam Tragœdiae protinus successit) frequentis-
simus fuit. Quatenus autem mores quorundam ci-
uium deridendo et traducendo taxauerat, non pa-
rum reipublicæ profuit. Multi enim sibi cauebant,

ne spectaculo cæteris essent, atq; domestico probro.
Verum cum nimie licentiæ fenestra aperta esset,
lege lata sanctum erat, ne q̄s carmen infame pro-
poneret. Quod & in causa est, cur noua Comædia
surrogata sit, argumento communi omnibus ho-
minibus mediocris fortune, nimisq; amaritudinis
habens. Itaq; spectatoribus plus delectationis ad-
fert, quia argumento concinna est, quia consuetudi-
ne congrua est, quia sententijs utilis est, quia metro
presertim trimetro apta est. Quapropter recen-
tiorum Græcorum Comædiæ finitio, & nostro tem-
pore gratiores erit, ut quæ sit priuata, ciuilibq; for-
tune sine uite periculo cõprehensio. Donatus idem
quoq; agnoscit, sed & xlv duobus exponit, & addit,
quæ Comædia discitur, quid sit in uita utile, quid
contra uitandum, non aliter atque in Ethicis fieri
solutum est, quibus & expetendorum et fugiendõ-
rum est professio. Est igitur Liuius Andronicus Co-
mædia cottidianæ uitæ speculum, quem Cicero se-
cutus eam esse pronunciat imitationem uitæ, specu-
lum consuetudinis, imaginem ueritatis. Quod genus
exempla in Terentianis fabulis manifestissima sunt,
in quarum alijs modò uaga libido damnatur, &
coniugij honesti laus confirmatur, modò in alijs nu-
ptias non esse legitimas, nisi parentum consensu
factas dilucidè adumbrat, modò in alijs disidium
inter socrum & nurum perpetuum esse ostendit,
modò

modò alia atq; alia certa quadam Thesi compre-
hensa argumenta fusiſſimè explanantur, et actione
quasi in ſpeculo commonſtrantur. Ad hunc modum
noſtra ætas multos Comicos uelut ex equo Troia-
no effudit, non ita infelices, quorum opera rerum
& prophanarum & ſacrarum ſpectacula quàm il-
luſtriſſima nobis exhibita ſunt, atq; nuper Chriſto-
phorus Stymmelius iuuenis mihi perquàm charus,
ſtudioſorum meorum ſocius apud nos tanquam in
patria Comædiam dexterrimè luſit, & αὐθιγότες,
aut ſtudentes inſcriptam, qua diſcipulorum iam in
Academiâ unam aliquam excolendi ingenij gra-
tia commigrantium mores depinguntur, cuius pro-
thæſis ſcholæſtico more propoſita eſt, ut poſt datum
nomen Gymnaſiarchæ ſeſe malis condiſcipulis ad-
iungant, ut omnia parentum labore parta, & uino
& alea concoquant, ut ſub nullius præceptoris, et pij
& honeſti ſerula uiuere exoptent. Mox epithæſis
ſubditur, propter multarum turbarum, quas dare
ebrij conſueuerunt, tumultum, propter frequentem
in ædes priuatas incurſionem, & propter alia mul-
ta incommoda. Sed Cataſtrophæ iſtorum ardelionũ
uitam ſic corrigit, ut ad meliorem frugem redeant,
ne cepas, ſicut Germanis eſt prouerbium, pro alijs
domum reportaffe uideantur. Hanc uerò Comedi-
am recens compoſitam tibi noſtræ Academiæ haud
pœnitendo alumno de meliore nota commendatam.

A 5 cupio.

Quod si non cuncta ad uiuum Aristarchis rescue-
rit, etati, & tempori perturbatori imputabitur.
Nos autem maximam de eius ingenio, & indole
spem concepimus, iam id etatis flores accipe, boniq;
consule, postea dulcissimos fructus percipies.

PRVDENTIBVS ET SIN-
GVLARI GRAVITATE PRAE-
ditis Coss. & patribus senatus Franc-
fordiani ad Viadrum,
S. P. D.

Verissimè dictum est humanissimi patres,
Nescio qua natale solum dulcedine cun-
ctos

Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Nam etiam si Ouidius procul ab Italia & Pelio
gnis focus inter rigidos & immanes Tomitas
vitam ageret, tamen saepenumero animaduerti,
omnibus hominibus singularem quendam amo-
rem genitalis loci insitum et impressum esse. Cu-
ius rei euidentissimum exemplum ex Vlyssæ ha-
beri potest, qui Ithacam suam asperrimis saxu-
lis tanquam nidulum affixam, immoralitati an-
teposuit, ita ut etiam optaret fumum de patrijs
posse uidere focus. Atque cum de hac re cogito,
eius amoris semina in me quoque reperio. Quis
enim extra naturam positus, seu planè ἄσος, ὅς
alter sibi in animum induceret? Proinde sapi-
simè mihi in animo fuit, amoris in patriam per-
spicua

spicua uestigia relinquere, quod commodissime
nunc fieri posse existimaui, cum præludia inge-
nij mei in lucem suasu & consilio doctorum vi-
rorum edere decreuissem, vt hunc laborem vo-
bis humanissimis patribus, qui ad gubernacula
patriæ meæ sedetis, nuncuparem. Nam meritò
patria studiorum meorum fructum à me repetere
debet, vt à qua hoc beneficij acceperim, si
aliquò in literis progressus essem. Sed hic dicit
aliquis, quam vtilitatem poterit patria ex Co-
mœdia percipere? Huic Cicero pro me respon-
debit, qui de dramaticis scriptis ita loquitur:
Etenim hæc conficta arbitror à Poëtis esse, vt
effictos nostros mores in alienis personis, ex-
pressamque imaginem vitæ quotidianæ uide-
remus. Hic docentur patres, quod ad cultum
ingenij in liberis spectat, non esse parcendum
sumptibus, nec tamen ad luxuriam profusè lar-
giendum. illud enim currentes moratur, hoc
verò à studijs penitus auerit. Videndum igitur,
vbi & quando dandum sit. Poterunt etiam so-
lij vestri, sodales mei, qui partim nunc coætati
nei sunt, partim procedente tempore succrescent,
salutarem inde doctrinam haurire. Nam gnauiter
dandam esse operam literis Comœdia docet,
uitanda praua confortia, amor non indul-
gendum, quorum virumque à Musis abducit, & praua con-
uiuium adeundi intercludit. Quod experientia
doceatur, cum non raro bonæ spei adolescens
tes, qui nimis prauo sodalitiò adhæserunt, alie-
ni à studijs facti, spem & expectationem paren-
tum sefellerunt. Scio etiam multos amoris ope-
ram dantes, foemineis blanditijs ita illectos esse,
vt

vt

*danda opera
literis.
praua con-
uiuium
adeundi
intercludit.
Quod experientia
doceatur,
cum non raro
bonæ spei
adolescens
tes, qui nimis
prauo sodali-
tiò adhæse-
runt, alieni
à studijs
facti, spem
& expecta-
tionem paren-
tum sefelle-
runt. Scio et-
iam multos
amoris ope-
ram dantes,
foemineis
blanditijs
ita illectos
esse,*

vt

ut turpiter præter uoluntatem parentum matris
moniali copula deuincti sint. Reperias enim
nonnullos qui pulchras domi alunt filias, aucu-
pium exercere, ut adolescentes parum cautos in-
essent, perinde ut aucupes, qui in area canoram
autem collocant, ad quam cum ceteræ colluden-
tes aduolitant, tanquam omnia essent tuta, reti
operiuntur cum magno uitæ suæ periculo. Ita
etiam quibusdam adolescentibus euenit, ut col-
ludendo turpiter capiantur. Sed tamen matris
monium non insector, imò hoc uolo, ut hone-
stè, apertè cum consensu parentum utriusq; par-
tis contrahatur. Quare humanissimi patres, hoc
leuidense munus meo labore in gratiam uestro-
rum liberorum ex cultum æquo animo suscipite,
boniq; consulite, & Musarum cultoribus, ut fa-
citis fauete: ne studia apud uos, quæ ubiq; rui-
nant minari uidentur, in præceptis eant. Sane, n.
hoc exulceratissimo seculo in ultima mundi
senecta illud unice molitur, ut scholas,
sine quibus puritas Christianæ
doctrinæ conseruari ne-
quit, dissipet.
Valete.

V. H.

addictiss.

Christophorus
Stymmelius F.